

siue athleticam calamum stringeret. Reipsa enim Heraclidem pugi-  
lem quidam referunt, quem immensi propè cibi, potusq; capacem  
fuisse ferunt. Non reperiebatur par ipsi in potando, alios ad  
ientaculum inuitabat, alios ad prandium, ad coenam alios,  
postremos ad commensationem, recedentibus primis reponerentur se-  
cundi, omnesq; prestabat unus. At licet multa Veterum ath-  
letarum proferri possint eximia continentiae exempla, tamen eorum  
plurimi contrarium obseruare, idq; laudi sibi ducere consueuerunt,  
si intemperanter uti potu, et se in omni uoluptatim coeno uolu-  
tare possint. In palaestra plures sunt et fuerunt Chironomi  
et Acrochirostae, hoc est, qui motus, gestusq; informant, ac  
umbratili quadam luctationis specie corpus atq; artem suam  
iactitare